

walt demütig der geistlichen unterzuordnen; sie kann in Übereinstimmung mit 2. Cor. 10, 4–6 durchaus auch zum Gehorsam gezwungen werden. Daher, so wird in dem Textzusatz gefolgert, gehören die beiden Schwerter in gewisser Beziehung (*quodammodo*) in der Tat dem Papst, wenn auch in ungleichartiger Weise: Von Rechts wegen und unmittelbar hat er die Kontrolle über das geistliche Schwert, soweit die Schlüsselgewalt betroffen ist. Hingegen ist ihm das weltliche Schwert nur mittelbar unterworfen, indem er sich zu dessen Gebrauch anderer Personen als seiner Werkzeuge bedient, und auch das nur für die Zwecke des Glaubens: *casualiter et mediate quoad fidei religionem et morum disciplinam directionemque salutis eterne*. Der passende Beleg findet sich in einem Ausspruch des hl. Bernhard mit der berühmten Klimax: das ‚materielle Schwert‘ sei zu führen *militis manu, sed sane ad nutum sacerdotis et iussum imperatoris*¹⁵⁸.

¹⁵⁸) Unmittelbar auf das Ende der Widerlegung des dritten pro-päpstlichen Arguments: *que sunt dei deo* (K, fol. 101r, läßt Z folgen (P, fol. 356v; N, fol. 205va): *Sed quamvis neuter gladius de iure divino sit ab alio gladio effective, tamen in hiis que sunt fidei et bonorum morum gladius temporalis debet dirigi et subici gladio spirituali, sicut terra, quamvis non sit facta nec creata a celo, tamen terra subditur celo et recipit influenciam ab eo. Caro eciam, licet non sit creata ab anima sed a deo, tamen caro debet subdi et regi ab anima et non e converso. Sensus eciam corporeus (corporis N), licet non sit factus ab hominis ratione vel intellectu, tamen debet regi et disciplinari per rationem et intellectum. Luna eciam, licet non sit creata a sole sed a deo, tamen luna illustratur et perficitur a sole. Sic potestas terrena et carnalis atque temporalis, quamvis de iure divino non sit a potestate spirituali et pontificali, tamen debet pro fidei et morum ecclesieque catholice defensione et gubernacione subdi et humiliter subici spirituali et celesti pontificaliue dignitati quia, licet hec potestas non sit ab illa, debet tamen humiliter esse sub illa. Quod si subesse in hiis que ad fidem pertinent finaliter renuerit, virtute clavium poterit salubriter coherceri secundum illud Apostoli II. ad Cor. X (V PN) c.: „Arma nostre milicie non sunt carnalia, sed potencia deo ad de- / (P, fol. 357r) structionem municionum, consilia destruentes, et omnem altitudinem se extollentem adversus scienciam dei, et in captivitatem redigentes (redigentem PN) omnem intellectum in obsequium Christi, in promptu eciam habentes ulcisci omnem inobedienciam, cum impleta fuerit obediencia vestra.“ Hec Apostolus. Et ita uterque gladius quodammodo subest potestati summi pontificis, sed differenter. Quia unus, scilicet spiritualis, subest ei per se regulariter et immediate quoad clavium potestatem. Alius vero, scilicet temporalis, subest ei solummodo per alium casualiter et mediate (immediate N) quoad fidei religionem et morum disciplinam directionemque salutis eterne. Et hoc est quod beatus Bernardus valde pulcre dicit IIII° libro de consideratione ad Eugenium papam scribens sic: „Quid tu denuo usurpare gladium temptes, quem semel iussus es reponere in vaginam? Quem tamen, si tuum negas, non satis michi videtur actendere verbum domini dicentis: ‚Convertere gladium tuum in vaginam‘. Tuus ergo et ipse, tuo forsitan nutu etsi non tua manu evaginandus. Alioquin, si nullo modo ad te pertineret et is, dicentibus apostolis: ‚Ecce duo gladii hic,‘ non respondisset dominus: ‚Satis est,‘ sed: ‚Nimis.‘ Uterque ergo ecclesie, et spiritualis scilicet gladius et materialis. Sed is quidem pro ecclesia, ille vero et ab ecclesia exercendus; ille sacerdotis, is militis manu, sed sane ad nutum sacerdotis et iussum imperatoris.“ Hec Bernardus (De consid. IV 7, in: Opera omnia 3, ed. J. Leclercq und H. M. Rochais, 1963, S. 454).*